

CONRADVS GREBELIVS TIGVRINVS HELVETIVS,  
VERE CANDIDO LECTORI.



N tibi candide lector sic Vadiani opera renatum Pomponium, ut multis locis auctior, non paucis tera-  
fior, in finitis castigatior, atq; ut uno omnia fasce cōplectar, undecunq; cōsummator, in ora tum stū-  
diosorum, tum eruditorum se inferat. Priori quidē editioni, si nō rumperis liuore, admirationem:  
posteriori multis nominibus, nisi sis ipsum Gallicū superciliū, & Gallia inuidia, uenerationē debe-  
bis. Debebis autē, si parentis Naturæ mirificam maiestatem intus cognoscere uoles, & cupis sine ne-  
gocio introspicere: quin dico? debebis, si immodicā studij huius nobilissimi cōmoditatē assequi deligis. Sed nō hic sacra  
si inculandam cōmoditatē, quod ipsū Mela sedulo perlecto assequendū, & ex his cōmentarijs exprobandū puto: nec  
puto, sed assero. Et tradit Geographiā aureorū studiorum, nō segniter amplectēdā ductricē: post hunc nemo tā fe-  
liciter, nemo tam doctē. Sed erant quēdā reddenda, ut ipse author sua esse cognosceret, quēdā purganda, plurima  
fido interprete, nec hoc sat fuisset, probe in literis arcanis uersato, insigniter docto indigebant. Præstitit itaque hæc  
omnia tuo nomine Vadianus meus, uel hoc merito tuus etiam. nimirū enim in fatigata authorū lectione, ac ingeniosū  
locorū obseruatione, hæc suo nitore nec temere restituit: illa sic illustrauit, ut illata luæ carere potuisse nulli credi de-  
beant. Quid? quod locos quosdam à nō paucis magnæ notæ uiris intentatos sic tractauit, ut prōptius sit, quos hic dig-  
no prouocaret fucis quibusdā genuino mordere, quàm paria Reipub. literatorum studio exhibere. Verū nec Vadia-  
nus sua scripta extra cōmunē aleā locat, locariq; autumat, sentit, credit: in qua uel reaptissimorū, ueterūque au-  
thorū monumenta iactantur, quæ apud hos, hoc est alienæ gloriæ inuidentes φιλαυτοῦς, malā gratiā merentur, immo  
nō merentur, quæ apud illos, hoc est ad amūsum doctrinarū expolitos, synæros iudices probantur, & annosæ eterni-  
tati extremo uoluminū nummi sacrantur. Sās quò tendā? eò nempe, ut uel tuæ rei gratia posteriores inuideris. Tūc au-  
tem inuideris, cum de eo bene nō solum senties, sed etiam loqueris: qui nisi ex animo tibi recte consultum uoluisset,  
nō tam accurata cura (licet nominis sui famā, nec sic non respexerit, atq; dii boni, quā multorum, quàm omnium exē-  
plo) hæc quæ tibi chara & antiqua erunt cōmentaria, in publicam proditura consummasset. Quæ equidem ea esse af-  
firmare ausim (nec me fallit uel ob perite candidorum albos additos calculos iudicium, nec suasit affinitas, sed liuido-  
rum caninis latratibus respōdendum fuit, aut contra ueniendum arte) ea inquam esse, ut Μωμῆσται τὶς μάλλον  
ἢ λαμῆσται, καὶ ὡν κλέος οὐποτὲ διχῆσται. At inquit: hodierna tempora his moribus sunt, ut uiuentes liuor  
exercent immeritis, dum ille præter spem se uinci dolet, dum alter alienigenæ inuidet. Posteritatē uero Αποροσώπων  
iudicaturam ex merito. Hoc nos ita accipimus, ut tu eorum conciliabulo eximas te, ut nolis morositate huius seculi in-  
uirum, è quo tantus tibi usus demanat, uti, quin diximus abuti. Quod tu si facies, facis autem strenue, persuasum esse  
tibi cupimus, exitura olim in manus tuas opera his non inferiora, nec uigilijs tuis incommodata. Hæc autem cum per  
subasinas horas, reique medicæ suffuratas, immo cum per liberalius olim impetrandum ociū licēbit, nominis sui præ-  
conia non moritura secum trahentia conscribet, absoluet, diuulgabit. Admonitionē nostram boni consules, si nō quis  
moneat, sed quid, sed quàm æque moneat obseruabis. Vale candide, & tu Inuidia uale longum, macresce, καὶ ὀμίμνα  
ὀσφραίνε, κλαίε, ὀμῶζε. Ex Tiguro IX. Cal. Ianuarij, Anno M. D. XX.

Τὸ αὐτὸ εἰς τὰς το βασιάνου ποιητῶ,  
καὶ ἰκτῆς Θ μῆτρως.

• Βίβλι ἔλευετὶς ἰδερῶς, καὶ τὰυτα ποιητῶ  
βλημ οσῶν, φθῆχω μῆτρια τέκνα ἔφη.

καὶ ἄλλως

Ἄλλοτε δὴ Νύμφη ἢ ἐκ Διὸς γυνεά τέκνα  
Γεῖνατο παντοίη μῆτρως ἐπισάμνω,  
Μοσδργῶς δὲ πῶσι λείσας πολυφάρμακ ἰδῶ  
ἢ, ἐτύμωσ ἔλεγομ τῶτογε, Ζεὺς ἄρον Θ.